Jose Antonio Rojas Carrera
iarcius@hotmail.com

GRAMMATICÆ EXPLICATIŌNES LATĪNÆ

CAPITVLVM PRIMVM

fluvius est substantīvum.

fluvius, *insula*, *oppidum*, *digitus*, *oculus*, *pagina*, *imperium*, *littera*, *capitulum*, *circulus*, *aedificium*, sunt substantīva.

numerō **singulārī**	numerō **plurālī**
fluvi**us**	fluvi**i**
digit**us**	digit**i**
numm**us**	numm**i**
ocul**us**	ocul**i**
circul**us**	circul**i**

numerō **singulārī**	numerō **plurālī**
insul**a**	insul**ae**
pagin**a**	pagin**ae**
puell**a**	puell**ae**
litter**a**	litter**ae**
syllab**a**	syllab**ae**

numerō **singulārī**	numerō **plurālī**
oppid**um**	oppid**a**
imperi**um**	imperi**a**
vocabul**um**	vocabul**a**
aedifici**um**	aedifici**a**
capitul**um**	capitul**a**

nota bene:

insul**a** … ubi? – **in** insul**ā**
fluvi**us** … ubi? – **in** fluvi**ō**
oppid**um** … ubi? – **in** oppid**ō**

pagin**a** … ubi? - **in** pagin**ā**
circul**us** … ubi? **in** circul**ō**
aedifici**um** … ubi? **in** aedifici**ō**

magnus est adiectīvum masculīnum singulāre. (*primus*; *parvus*; *paucus*; *multus*…sunt adiectīva masculīna, numerō singulārī)
magna est adiectīvum feminīnum singulāre. (*prima*; *parva*; *pauca*; *multa*…sunt adiectīva feminīna, numerō singulārī)
magnum est adiectivum neutrum singulāre. (*primum*; *parvum*; *paucum*; *multum*…sunt adiectīva neutra, numerō singulārī)

magni est adiectīvum masculīnum plurāle. (*primi*; *parvi*; *pauci*; *multi*…sunt adiectīva masculīna, numerō plurālī)
magnae est adiectīvum feminīnum plurāle. (*primae*; *parvae*; *paucae*; *multae*…sunt adiectīva feminīna, numerō plurālī)
magna est adjectīvum neutrum plurāle. (*prima*; *parva*; *pauca*; *multa*…sunt adiectīva neutra, numerō plurālī)

fluvi**us** magn**us** (sing.) / fluvi**i** magn**i** (pl.)
ubi? … **in** fluvi**ō** magn**ō** (sing.)

insul**a** magn**a** (sing.) / insul**ae** magn**ae** (pl.)
ubi? … **in** insul**ā** magn**ā** (sing.)

oppid**um** magn**um** (sing.) / oppid**a** magn**a** (pl.)
ubi? … **in** oppid**ō** magn**ō**

Jose Antonio Rojas Carrera
iarcius@hotmail.com

GRAMMATICÆ EXPLICATIŌNES LATĪNÆ

CAPITVLVM PRIMVM

verbum ***sum***

ego	**sum**
tu	**es**
…	**est**
nos	**sumus**
vos	**estis**
…	**sunt**

usus:

- quid **est** Danuvius?
- Danuvius **est** fluvius.
- ubi **est** Danuvius?
- Danuvius **est** in Eurōpā.
- **est**ne Danuvius fluvius parvus?
- Danuvius non **est** fluvius parvus, sed magnus.
- num Danuvius oppidum **est**?
- Danuvius non **est** oppidum, sed fluvius.
- quid **sunt** Danuvius et Rhenus?
- Danuvius et Rhenus **sunt** fluvii.
- ubi **sunt** Danuvius et Rhenus?
- Danuvius et Rhenus **sunt** in Eurōpā.
- **sunt**ne Danuvius et Rhenus fluvii parvi?
- Danuvius et Rhenus non **sunt** fluvii parvi, sed magni.
- num Danuvius et Rhenus oppida **sunt**?
- Danuvius et Rhenus non **sunt** oppida, sed fluvii.
- quot paginae **sunt** in capitulō primō?
- in capitulō primō **sunt** sex paginae.

Jose Antonio Rojas Carrera
iarcius@hotmail.com

GRAMMATICÆ EXPLICATIŌNES LATĪNÆ

CAPITVLVM PRIMVM